

84. Secundus Pontifex fuit Innocentius VIII. qui an. 5. sui Pontificatus approbavit, & confirmavit Religionem Immaculatæ Conceptionis Monialium Toletan, Tertius fuit Alexander Sextus anno Domini 1502. Approbavit, & renovavit omnes constitutiones Sixti I V. Julius II, Leo X, Andrianus VI, Clemens VII, Paulus I I I, Julius I I I, Paulus IV, Pius V, Gregorius X I I I, Clemens VII I, & alii Pontifices multas indulgentias pro celebritate festivitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis concesserunt, multasque Ecclesias & monasteria erecta sub titulo Immaculatæ Conceptionis approbarunt, ac confirmavit, & Leo X, anno 6. sui Pontificatus fecit, At insignem concessionem oppido de Mame ut in die Conceptionis possint dici matutina Officia, sicut die Nativitatis Domini, & à media nocte Missas celebrare, murato nomine Nativitatis in Conceptionem. Incipit constitutio, *Pia Christi fidelium*, & ea præfertim Immaculatæ Conceptionis, quæ omnia minurim, & latè refert Petrus de Alva in suo libro dicto *Nodus indissolubilis* Nodo Primo §. 2. fol. 182. & sequentibus.

85. Tandem Paulus V. in sua Constitut. *Regia Pacifici* edita anno 1617. Augusti 3. ubi inter cætera sic ait Pontifex, *Propterea volens huiusmodi scandalis ex debito sui muneris providere decrevit, præcepit, ac præsentis, decreti virtute mandat omnibus, & singulis, cuiusvis ordinis, & instituti regularibus, & aliis quibuscumque tam Ecclesiasticis, quam regularibus personis, cuiusvis conditionis, & status, gradus, ordinis, dignitatis tam Ecclesiasticæ quam secularis, etiam specialis, speciosa, & individua earum esset necessario mentio facienda, ut imposterum, donec articulus huiusmodi, à sede sancta Apostolica fuerit definitus, vel per sanctitatem suam, ac sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali.* Refertur tom. 3. Bullar. fol. 348. & est constit. ipsius Pontif. 97. contra aliter facientes procedit impositis gravissimis pœnis & ut contra eos procedant Ordinarii Prælati locorum, ac etiam Domini inquisitores.

86. Postea verò Gregor. XV. In sua constit. 29. huius Pontificis data 24. Maii anno 1622. & incipit *Sanctissimi, Dominus noster auditis* Renovat, & confirmat constitut. Sixti IV, Alexandri VI, Pii V. Pauli V. postquam præcepit quod officium de Beatissimæ Virginis Conceptione solemniter celebraretur, Addit non est uten- *Omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis tam secularibus, quam cuiusvis ordinis, & instituti regularibus mandat, ac præcipit, ut in sacrosancto Missæ sacrificio, ac divino officio celebrandis tam publicè, quam privatim, non alio, quam Conceptionis nomine uti debant. Contravenientes autem sanctitatis suæ, voluit, & declaravit subjacere, debere, & subiecisse censuris, & pœnis contentis in supradictis constitutionibus.* Refertur in Bullario fol. 426.

87. Concedit tamen Fratribus Ordinis Prædicatorum, de cætero in quibuscumque privatæ eorum colloquiis, seu conferentiis, inter se dumtaxat, & non inter alios, aut cum aliis

de materia ejusdem Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis differere, ac tractare, absque ullo pœnarum incurfu in dictis decretis latatum.

QUESTIO XIV.

*Veritatem Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ nobis maxime aperit, & declarat Alexander Septimus in sua constitutione, quæ breviter proponitur, & explicatur.*

88. Sanctissimus Dominus noster Alexander Septimus, septimo anno sui Pontificatus die 8. Decembris anno 1661. edidit constitutionem in favorem puræ, & Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, Quæ incipit, *Sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Inter cætera sic habet in corpore, *Constitutiones, & decreta à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & præcipue à Sixto IV. Paulo V. Gregorio XV. edita in favorem sententiæ asserentis animam Beatæ Mariæ Virginis, in sui Creatione, & in corpus infusione, Spiritus sancti gratia donatam, & à peccato originali præservatam fuisse, nec non in favorem festi, & cultus Conceptionis ejusdem Virginis Deiparæ, secundum piam istam sententiam, ut præfertur, exhiberi innovamus, & sub Censuris, & pœnis, in eisdem Constitutionibus contentis observari mandamus, &c.* Insuper innovat Constitutiones Pauli V. Gregorii XV. Ut de contraria sententia non agatur in publicis concionibus, disputationibus, Conclusionibus, cæterisque publicis actionibus, quod festum dicatur celebrari tantum sub nomine Conceptionis, & non alio.

89. Quamvis omnes Romani Pontifices habeant eandem potestatem; auctoritatem, & assistentiam Spiritus sancti, tamen ipse sua infinita sapientia, ac providentia, omnia disponit suaviter, & leniter, ut tanta suavitate facilis veritas insinuetur in cordibus fidelium. Hac alta providentia disposuit ipse divinus Spiritus, ut Summi Pontifices hanc veritatem de Immaculatæ Conceptione sententiam aperirent, & explicarent Sixtus IV. instituit illius festum. Paulus V. prohibet, ne contraria sententia tractetur, & agatur in publicis actionibus. Gregorius XV. ut festum celebraretur sub nomine conceptionis, & non alio. Tandem effulget Alexander Septimus, nobis sublimiter aperiens: *Animam B. Mariæ Virginis in sua creatione, & corpus infusione, Spiritus sancti gratia donatam, & à peccato originali præservatam fuisse.*

90. De Joanne Baptista scribit Evangelista Joannes cap. 1. num. 7. *Hic venit, ut testimonium perhiberet de lumine.* Deus lux est, & in eo non sunt tenebræ ullæ. Ad quid venit Baptista: cum esset lucerna. Joan. 3. num. 33. non quid lux magna indiget parva luce lucernæ: ad quid ergo venit Joannes? ut lucerna, ut sua tenui luce homines alluere ad suscipiendam lucem magnam; Carthusianus ait, *Ne cessaria fuit Judæis ista preparatio; nam cum rudes*

rudes fuerint, immediate capaces non erant supernaturalium, ac celestium documentorum Christi, sed pedetentim inducendi erant ad magna. Magna non subito sunt dicenda, ac proponenda, rerum magnitudinem, animus opprimatur onere, sed paulatim disponendus, ut suaviter, ac facilius percipiat, & intelligat.

91. In revelatione B. Brigittæ à nobis in exordio proposita sic ait Sanctissima Deipara famula suæ Brigittæ, quod placuit filio suo, ut multi amici ejus pie de sua Immaculatæ Conceptione sentirent, tamen disposuit ut claresceret in tempore præordinato. Hoc præsens sæculum videtur felicissimum tempus à Deo præordinatum, ut tanta veritas Immaculatæ Conceptionis claresceret, & cum nobis referretur Alexander Septimus Summus Pontifex, septimo sui Pontificatus anno. Cum in Summa temporum sterilitate Pater mens Elias orasset, mandavit pœro suo, ut prospiceret contra mare, & cum hoc fecisset, *Septima autem vice, ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis ascendebat de mari.* 3. Reg. 18. num. 44. per hanc nubeculam; quæ de mari ascendebat nullam secum portans falsuginem, ac amaritudinem maris significari sacratissimam virginem Mariam in sua purissima Conceptione, quæ de natura humana nullam secum importavit amaritudinem peccati, constans est gravissimorum Auctorum sententia, ut supra retoli in hoc Opusculo quæst. 9. in fine, & latius Opusculo 3. de *Elia, Resol. 1. quæst. 3.* Quorum multi per vicem septimanam intelligunt septem dona Spiritus sancti, ut ibi dixi, quia solum tanta donorum luce potest intelligi, ac cognosci sublimè & altum mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis, & ideo tantum arcanum nobis aperire, & de illo tam amplam intelligentiam, ac cognitionem dare Alexandro Septimo erat reservatum; nam in suo septimi nomine virtus donorum Divini Spiritus innuebatur, quia ille illuminatus tantum oraculum nobis protulit. Quod anima Beatæ Virginis in sua Creatione, ac infusione in corpus Spiritus sancti gratia donata fuerit.

92. Ad Christum Dominum loquitur sanctissima virgo Maria Cantic. 8. num. 1. *Quis mihi det te fratrem meum, ut inveniam te foris, & deorsum te, & jam me nemo despiciat.* Pro eo quod nos habemus, *Inveniam te foris.* Græcus legit, *In foro;* hoc est in publico, ac manifesto, expositus est ejus asculum hoc est ut explicat Catena trium Patrum, ut ejus deliciis fruatur; Justi maxime intendunt, ut dona ipsa à Deo data sint in secreto, & abscondito. Cur ergo illa exoptat, ut in foro, ac publico, ejus oscule, ac donis gaudeat, & conlectoretur. Rationem subdit, *ut nemo me despiciat*

Aponius. Aponius; *Deosculer te; ut prius, & eorum, qui eam solebant habere despectum, jam nemo eam despiciat.* Aliqui non bene intelligentes magalia diviniæ sponsæ, quibus fuerat sublimata à suo dilecto eam despectui habebant, postulat, ut hæc sint publica, & manifesta, ut omnes recognoscant ejus excellentiam, & nemo eam despiciat. Ferunt aliqui, etsi pio zelo, qui de Conceptione Virginis non rectè

sentiebant, existimantes eam cum libe originali: Adest nunc Alexander VII. qui in foro, ac publico osculo, & pace privilegii filio suo concessa, ut in creatione anime, in corpus infusione fuerit Spiritus sancti gratia donata, *ut jam nemo despiciat & habet, quid loquatur, & dicat.*

Nunc verò profundius expendamus verba Pontificis qui ait *Animam Beatæ Virg. Mariæ in sua creatione, & in corpus infusione, Spiritus sancti gratia donatam, à peccato originali præservatam fuisse.* In his verbis difficultas insurgit, pro cujus explicatione duo instantia sunt notanda in anima. Primum instans, quando anima immediate creatur à Deo, Secundum; quando ex vi generationis activæ unitur corpori. In primo instanti anima non consideratur pro tunc secunda peccato originali, quia in tali statu solum habet esse à Deo per creationem. In secundo verò instanti ex vi generationis ab Adamo tunc contrahitur peccatum originale, & homo fit filius Adam. Ita D. Thomas 1. 2. q. 83. art. 1. ad 4. & in 2. dist. 18. q. 2. ad 3. Et in hoc secundo instanti nempe infusione anime in corpus, seu illi unionis Beatissima Virgo fuit præservata à peccato originali, pro qua sententia sunt ferè infiniti Theologi, rest. Egypdio Lusitano de *Concept. lib. 3. q. 10. art. 6. n. 1. fol. 354.*

94. Quomodo ergo ait Pontifex; quod anima B. Virg. Mariæ in sui creatione, & in corpus infusione fuerit præservata à peccato originali, tanquam si in illo primo instanti fuisset præservata à peccato originali, in quo illud non datur? Fortè fuerunt aliqui qui videntur supponere, quod adhuc jam in illo primo instanti jam contrahitur ipsum peccatum, ut videntur supponere Jacob. à Valent. in *Pf. 43. fol. 12. col. 3.* & Michael de Palatio in 3. dist. 3. disp. 1. pag. 47. colum. 2. Cum ergo Alexander VII. ait quod B. Virgo fuerit præservata à peccato originali, in anime creatione, ac infusione in corpus ut radicatus evelleret contrariam sententiam, & nullum esset ei subterfugium, & ideo abundantissime declarat, quod in nullo instanti, in nulla consideratione, in nullo sensu, nulla in ea fuisset peccati originalis macula; notat Gilbertus *serm. 14. in Cantico,* quod divinus sponsus passim laudat elegantiam suæ sponsæ in Cantic. *Tota pulchra es amica mea;* 4. num. 7. *Immaculata mea;* 5. n. 2. *Pulcherrima mulierum* ibid. num. 17. *Columba mea perfecta* Cantic. 4. mea, 6. num. 7. *Facies tua decora,* &c. Ad quid tanta de pulchritudine repetitio? Respondet Abbas, *Præsumma charitate, eximio affectu cumulatissime laudat, ne adversario pateret aliqua vimula.* Calumniandi, ac murmurandi; quod in præsentia ita dico.

95. Et Pontifex tam claris, & apertis verbis rem declarat: *In sui creatione, & in corpus infusione fuerit præservata à peccato originali.* Quæ verba dum considero statim mihi venit in mentem illud, quod Gelasius Papa dixit *lib. de sacra Eucharistia,* agens de forma qua dulcissimus Iesus illud admirabile Sacramentum instituit ait Pontifex, *cum Christus Dominus tam apertis verbis dixisset: Hoc est corpus meum. Hic est calix sanguinis mei, pro quo ore tanquam gladio acutissimo omnes hæreticos jugal-*

Prohibet ne publicè contraria sententia dicatur.

Bullar.

Alio nomine non est utendum in officio nisi conceptio

Alexander Septimus

Paulus V. Sixtus IV. Gregor. XV. Alex. VII.

Joan. Animus sensum disponendus ad magnam

Declaratur in misterium. Conceptionis, ut obtineant aliqui.

Alexand.

D. Thom.

Egid.

94.

Jacob. de Valentia. Palatius. Alexand.

Gilbert.

Cantic. 4. Cantic. 5. Cantic. 6.

95.

Gelasius. Matth. 26. Ore Pontificis jugulatur sententia contraria.



vis; ac iniquorum ora obstruxit. Cum ergo Pontifex, vices Christi gerens in terra, aper- tis verbis ab ore suo protulerit, quod anima B. Virginis in sui creatione, ac infusione in corpus gratia Spiritus sancti donata, prae- servata fuerit ab originali peccato, jam ore suo opposita sententia est jugulata, & aliorum ora obstruxit.

QUESTIO XV.

Veritas Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae comprobatur auctoritate Patrum Graecorum.

96. Proverb. 8.

Hebrae. Beda.

Caietan.

Doctores sunt postes, qui aperiunt ostium.

Iob. 8.

97. Origenes.

98. Joan. Jerof.

Oieda. Falconid. Trithem. Gilbertus. Salazar. Carthag.

It divina Sapiencia Proverb. 8. num. 34. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Ultima verba (Hebraica lectio, custodierit postes ostiorum meorum.) Beda all. g. r. i. c. e. x. p. o. n. s. locum: Fores suas, & postes ostii sui, scri- pturas sanctas, & carum Doctores nuncupat; si- militer Caietan: Postes ostiorum sapientia sunt Doctores, sustinentes ostia. Inde ergo ait divina Sapiencia: Beatus homo, qui observat ad postes ostii mei. Doctores nempe Hos tales Doctores mandat nobis divina Sapiencia ob- servare ad eorumque verba, & doctrinam invigilare, ut habeamus ostium apertum ad veram scientiam, intelligentiamque scriptu- rarum, & haec doctrina maxime requirenda est ab ipso fonte, ab ipsaque antiquitate, ab his nempe, qui Apostolorum nepotes, disci- pulique discipulorum Apostolorum extite- runt. Ad hoc documentum perquirendum in antiquitate doctrinae magnum consilium no- bis praebet sanctus Job cap. 8. n. 8. Interroga generationem pristinam; & diligenter inquire Patrum memoriam; & subdit: ipsi docebunt te, & loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia. Hic non intendo congerere auctori- tates; sed tantum eas propono quae maxime faciunt ad rem, & non diffuse contere- re tempus.

Primus Origenes, qui floruit circa annum Christi 200. homil. 1. ex variis, de sanctissi- ma Deipara sic ait post multa: Hujus itaque unigeniti, dum dicitur haec mater Virgo Ma- ria, digna digni, immaculata sancti immacula- ti una unicus, unica unici. Et postea subdit ma- xime notanda dicens: Mariam fuisse, quae ne- que persuasione serpentis decepta est, nec ejus as- flantibus venenosis insecta. Quae verba clarissima sunt; nam peccatum originale transfunditur ex venenoso asflatu serpentis, a quo B. Maria dicitur libera.

Secundo, Joannes Jerofolymitanus lib. de statu Monach. cap. 32. qui refert Eliam inter Christi mysteria, quae suis discipulis revela- vit, primum revelasse: Quod quaedam infantula futura erat, quae ex utero Matris suae, ab omni peccato munda nasceretur. Et hoc testimonio ad probandum mysterium immaculatae Con- ceptionis maxime utuntur Petrus de Oieda ex Societate Jesu Falconidorus, Trithem. Gil- bertus, Salazar, Carthagea. Agyd. Lusita- nus & alii quos citavi Opuscul. 3. de Praemi- nentia Eliae, Resol. 1. quest. 3. laepe citata.

Tertio D. Cyprian, de Cardinalibus Chri- sti operibus serm. de Nativit. ait Spiritu san- cto obumbrante incendium originale extintum est. Et quanquam aliqui sanctum Doctorem de fomice peccati voluerunt interpretari, ta- men ipse sanctus Doctor loquitur absolute, & fomes peccati de facto datur ex peccato Adami, & ex destitutione iustitiae originalis, ac proinde ex peccato originali oritur; Suar. tom. 1. ad 3. art. 4. art. 3. in Comment. Agyd. Egd. Lulican. de Concep. lib. 4. q. 2. art. 1. §. 2. num. 25. fol. 401. Proindeque sanctus Doctor loquitur de peccato originali.

Quarto D. Hippolytus, qui teste Tri- hemio de scriptoribus Ecclesiasticis floruit sub Alexandro Principe anno Domini 220. pro- tulit haec verba. Qui dixit Honora. Patrem, & matrem, ut decretum a se promulgatum observa- ret, omnem gratiam Mari, & honorem im- pendit. Cum autem it omnem gratiam, & ho- norem impendisse, ergo etiam eam, quae erat ad praeservandum a peccato originali, & quo- modo cum hoc possit stare, quod dedecus peccati originalis admisisset; alias omne ho- noris decus non dedisset matri.

Quinto Proclus Cyzicenus homilia ha- bita in Concilio Ephesino tom. 6. cap. 7. tali- ter proclamat: Clemens Deus ex muliere nasci non erubuit, quod enim agebatur, vita erat, nullam inde contrahit labem, quod intra visce- ra, quae citra omnem dedecoris notam conse- rat, inhabitat. Quam veritatem clarius asseruit homil. de Beata Virg. quam Franciscus Tur- rianus episc. de peccato originali. Quae ver- ba non possunt stare cum nota peccati origi- nalis.

Sexto D. Athanasius, qui floruit ann. 340. in epistola ad Epictetum posita apud eundem in Evangelium de sanctissima Deipara pag. 659. sic ait: Quae idcirco gratia plena denomi- nata est, eo quod adimplerent Spiritus sancti om- nibus gratis abundaret, & virtute Altissimi obumbraretur. Nota sequentia: Quam virtu- tem per omnia tempora etiam conceptus sui ha- buisse confido: nec enim id temporarium in vir- gine accidisse opinor, sed per omnia tempora hoc illi datum fuisse. Dicitur Maria gratia plena, non quod virtutem Spiritus sancti habuisset per aliquod tempus, sed illam habuit per om- ne tempus etiam conceptus sui ac proinde a primo instanti suae conceptionis: Quam vir- tutem per omnia tempora etiam conceptus sui habuisse confido.

Septimo. Noster D. Cyrillus Alexandrinus, qui floruit anno 412. lib. 6. in Ioan. cap. 15. D. Cyrill. Alexandr. Sic ait: Omnes homines excepto illo, qui de vir- gine natus est, & sacratissima etiam virgine, ex qua Deus homo prodiit in mundum excepta, cum peccato originali nascimur. Nec potest dici, quod sanctus Doctor loquitur de Nativitate Virginis, non vero de ejus Conceptione; nam hoc stante assertum D. Cyrilli non est verum, cum dicat, quod solus Christus, & quod sola Virgo Maria nati sunt sine peccato ori- ginali, cum manifestum sit, quod bene illo le- remias, & Joannes Baptista nati sunt; ergo sanctus Pater per natiuitate intelligit concep- tionem; ut passim multoties sit, quod nati- vitas accipitur pro conceptione quae est pri- ma hominis natiuitas.

Octavo

104. Damascen.

Vasquez.

105. Damascen.

Damascen.

106. D. Basil.

Psalm. 50.

107. D. Chryl.

Sophron.

Thaumat.

Octavo D. Damasc. circa annum 736. orat. 1. de Nativitate Virg. quem variis in locis refe- runt Suarez, Canisius, Vasquez, Lezana, unum, vel alterum illius locum referam, & ait: Natura gratiam antevertere non est ausa, sed tantisper expectavit, dum gratia suum fructum produxisset. Ordo naturalis ex generatione ab Adamo postulabat, ut prius vitium originale communicaretur, & postea gratia adveniret. Alia Dei providentia suspenditur inflo- xus naturae, cedens gratiae, dum suum fructum produxisset, animam Virginis sanctificando, ut naturae vitium impeditum, unde non capio, quo fundamento Vasq. tom. 1. ad 3. disp. 117. c. 4. n. 4. 6. dicat quod praefata verba Da- masceni solum ostendant sanctificationem Virg. in sua Nativitate, non vero Concep- tione: Nam natura gratiam antevertere non est ausa; quia non in Nativitate, sed in Concep- tione inflo- xus naturae ex Adamo suspensus est, ut prius gratia suum fructum produceret.

Secundo, idem Damascenus orat. 1. de As- sumptione expendens illud Luc. 1. Cogitabat qualis esset ista saluator. Sic scribit sanctus Doctor, Gratia abyssum invenit, qua duplicis virginis naves incolumen servaverat, animam non minus, quam corpus, Virginem custodierat. In Deipara duplicem virginis naves agnoscit S. Doctor, animae scilicet, & corporis, & aqua- liter de utraque virginitate loquitur. Corpus custoditum fuit absque ulla levis corruptionis macula; eodem etiam modo ani- ma integra, & omnino a qualibet culpa servata est; quae vir- ginitas nullo modo in ea reperitur, si corrupta fuisset peccato originali: unde merito ipse Damasc. citata orat. 1. eam dicit: Immaculatam conservatam in Sponsam Dei. Et lib. 4. de Fide, c. 2. Virginem vocat semper Sanctam quia nun- quam fuit in statu peccati absque sanctitate.

Nono D. Basil, qui floruit ad annum 374. oratione de Verbi generatione, de puritate Vir- gineae carnis, loquens ait: Ex sanctitate compacta caro digna erat ut dignitati unigeniti uniretur. Quae verba satis late a multis explicantur: breviter dico ad mentem Sancti Patris, Aliorum hominum caro utpote ex Adamo compagina- tur, & componitur in ipsa anima unione in- fecta peccato originali. In iniquitatis concep- tus sum, & in peccato concepti me mater mea. Psalm. 50. Ar caro Virginis cum sanctitate componitur, & coadunatur, ut ex tali carne Filius Dei fieret homo, ut dignitati unigeniti uniretur: ac si diceret, ut caro Mariae digna esset, ut filio Dei uniretur.

Decimo, D. Chrysostr. qui floruit anno 400. In Liturgia pro Virgine Maria, sic habet ap- pellans eam semper Beatissimam, & penitus im- maculatam. Si ex aliqua parte Beatissima Vir- go fuisset maculata, non diceretur a S. Docto- re penitus immaculata, Similiter Sophronius in epistola ad Sergium Patriarcham Constanti- nopolitanum; quae lecta, & probata fuit in 6. Synodo Generali, qui inter multa, quae scribit de Sanctissima Virgine Maria. Sic ait: Qui ita ministravit Incarnationi, ut munda, ca- sta, & incontaminata. Et statim subdit: Ex inviolabili, & virginali sanguine sancta, atque immaculatae Virginis Mariae Verbum est incar- natum. Similiter multi alii Patres loquuntur Divus Gregorius Thaumaturgus sermone 1. de Sylvocira Opuscula.

Annunciat. D. Ephrem Syrus Titul. de Mar. D. Ephrem. garita pretiosa. D. Gregor. Nyssenus homil. 13. D. Nyssen. in Cantica. Theophanes Nyssenus in Annun- D. Theophan. ciatione Deiparae. Et German. Patriarcha Hie- rosolymitan. in Theorema rerum Ecclesiastica- rum, & alii.

QUESTIO XVI.

Veritas Conceptionis Immaculatae Deiparae comprobatur ex testimonio Patrum ex Ecclesia Latina.

Et primo D. Augustinus, & sane optimus locus, & non multum communis & vul- garis sermone 20. ad fratres in Exemo, sic ait: Maria electa est, & super omnes creaturas praelecta omnibus gratis fecundata, omni vir- tute; & sanctitate in utero repleta, ut de munda- tissima matre mundissimus filius nasceretur. Et sicut in caelo filius habuit Patrem immor- talem, & aeternum; sic & in terra haberet ma- trem omni corruptione carentem. Igitur in caelo qualis est Pater, talis est Filius; & in terra qualis est mater, talis est, & secundum carnem Filius. Comparat Mag. Doctor mundissimam matrem cum mundissimo Filio, de mundissima matre mundissimus Filius nasceretur. Sed munda- tissimus Filius caret omnino vitio peccati originalis; ergo, & mundissima mater. Per- git Sanctus Doctor; & sicut in caelo Filius habuit patrem immortalem absque ulla cor- ruptione mortis, sic & in terris haberet matrem omni corruptione carentem, scilicet corruptione mortis peccati. Et subdit: In caelo qualis est Pater, secundum nempe naturam Divinam, talis est filius, secundum ipsam naturam Di- vinam; & in terra qualis est mater secundum suam humanam carnem, talis est secundum carnem Filius; sed filius in sua carne est absque ulla labe peccati; ergo cum qualis est filius, talis est mater fit ut caro matris sit absque ali- quo nevo venenoso, alias non erit talis mater, qualis filius.

Secundo, Divus Hieronymus, qui floruit anno 380. ad illa verba Psalm. 77. Eduxit eos in nube diei, sic ait; Certe nubem levem debe- mus Sanctam Mariam accipere, pulchre dixit in nube diei, nubes enim illa; non fuit in tene- bris, sed semper in luce. Deipara dicitur nu- bes levis, nullo nempe podere peccati gra- vata; & dicitur nubes diei; quae non fuit in tenebris, sed semper in luce; quae nunquam fuit in tenebris peccati, sed semper in luce diei, divinae gratiae, absque ulla obscura for- de peccati, ut idem Sanctus Doctor observat ad c. 9. Isai. & ait In aula virginali, & nulla sorde maculata de spiritu sancto Dei sermo processit.

Tertio, D. Ambrosius Contemporaneus Hieron. de quo aliqua verba referuntur a Ca- tharino, & aliis, quae apud ipsam Doctorem non inveniuntur, & alia ejus verba ab aliis adducuntur, quae possunt videri non multum clara, tamen aperte Sanctus Doctor Ambros. tenet nostram sententiam in in c. 8. epistola ad Romanos, quibus integritas originalis Mariae maximè

Y y